



88132963

**LATIN
HIGHER LEVEL
PAPER 1**

Monday 4 November 2013 (afternoon)

1 hour 30 minutes

Candidate session number

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

Examination code

8	8	1	3	-	2	9	6	3
---	---	---	---	---	---	---	---	---

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Translate Text 1 or Text 2 in the boxes provided. Each text is worth *[175 marks]*.
- The maximum mark for this examination paper is *[175 marks]*.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.



08EP01

Translate Text 1 **or** Text 2.

Translate into English the section of the text indicated between the asterisks. A translation of the rest of the text appears on the facing page.

Text 1

Cicero makes a case for his commitment to the study of literature.

qua re quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum ... tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero?

- 5 * atque id eo mihi concedendum est magis quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas quae, quantacumque est in me, numquam amicorum periculis defuit. quae si cui levior videtur, illa quidem certe quae summa sunt ex quo fonte hauriam sentio. nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda omnis cruciatus corporis,
- 10 omnia pericula mortis atque exsili parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem. sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet.*

- 15 quam multas nobis imagines non solum ad intuendum verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt!

Cicero *Pro Archia poeta* 13–14



Text 2

Perseus narrates how he killed Medusa and other related events.

- 770 qui simul edocuit, “nunc, o fortissime,” dixit
 “fare, precor, Perseu, quanta virtute quibusque
 artibus abstuleris crinita draconibus ora.”
- * narrat Agenorides¹ gelido sub Atlante² iacentem
 esse locum solidae tutum munimine molis;
 cuius in introitu geminas habitasse sorores
 775 Phorcidas³, unius partitas luminis usum.
 id se sollerti furtim, dum traditur, astu
 supposita cepisse manu perque abdita longe
 deviaque et silvis horrentia saxa fragosis
 Gorgoneas⁴ tetigisse domos, passimque per agros
 780 perque vias vidisse hominum simulacra ferarumque
 in silicem ex ipsis visa conversa Medusa.
 se tamen horrendae clipei, quem laeva gerebat,
 aere repercusso formam adspexisse Medusae,
 dumque gravis somnus colubrasque ipsamque tenebat,
 785 eripuisse caput collo; pennisque fugacem
 Pegason⁵ et fratrem matris de sanguine natos
 addidit et longi non falsa pericula cursus,
 quae freta, quas terras sub se vidisset ab alto
 et quae iactatis tetigisset sidera pennis.
 790 ante exspectatum tacuit tamen.*

excipit unus
 ex numero procerum quaerens, cur sola sororum
 gesserit alternis inmixtos crinibus angues.

Ovid *Metamorphoses* 4.769–792

¹ Agenorides, ae: descendant of Agenor (Perseus’s grandfather was descended from Agenor.)

² Atlas, antis: Atlas (a mountain in Libya)

³ Phorcis, idis: daughter of Phoreys

⁴ Gorgoneus, a, um: of the Gorgons (dreadful mythical creatures)

⁵ Pegasus: a mythical winged horse



Please **do not** write on this page.

Answers written on this page
will not be marked.



08EP06

Please **do not** write on this page.

Answers written on this page
will not be marked.



08EP07

Please **do not** write on this page.

Answers written on this page
will not be marked.



08EP08